



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

13. De victu energumenorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut omni die energumeni exorcizentur,
Ex Concilio Carthagenesi.

Concil. Carthag. 4. c. 90.
Burchard. lib. 2. c. 223.

XII. Omni die Exorcistæ energumenis manum imponant.

De victu energumenorum. *Ex eodem.*

Concil. Carthag. 4. c. 92.
Burchard. lib. 3. c. 213.

XIII. Energumenis in domo Dei sedentibus victus cotidianus per Exorcistas ministratur.

De servis qui ad Ecclesiam confugiunt.
Ex Concilio Aurelianensi.

Concil. Aurelian. 1. c. 3.
Burchard. lib. 3. c. 192.

* *Codex MS.*
causa

XIV. Servus, qui ad Ecclesiam pro qualibet * culpa confugerit, si à domino pro admessa culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur. Et si posteaquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquam pœnam pro eadem culpa pertulerit, pro contemptu Ecclesiæ & prævaricatione fidei dominus à communione catholicorum habeatur extraneus.

De nominibus recitandis in Missa.
Ex epistola Innocentij.

Decreta Innoc. 1. c. 2.

XV. De nominibus recitandis hoc observetur, ut prius oblationes offerentium commendentur, & tunc eorum nomina, quorum oblationes sunt, inter sacra Missarum mysteria nominentur.

§ † §